

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae
Licentiatus & professor ad processionem funeris quam Matronae honestissimae
Annae Schillings, Hodie ... liberi relict i moestissimi adornant. Universitatis huius
cives ... invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425025>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,

in

Anna Schilling,

uxor. Dav. Deutsch.

Rost. 1631.

60.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425025/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425025/phys_0002)

DFG

PRORECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Licentiatus &c
professor

ad
Processionem funeris
quam

Matrona honestissima

A N N Æ S C H I L L I N G S,

Hodie media prima in templo Jacobæo liberi
relicti mæstissimi adornant.

Universitatis hujus cives officiosos
peramanter invitati



ROSTOCHI

Typis J. OCHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXI.

БОГДАН
СИЧАВА
ЛІКІА ОД ЄПІЧАНОІ
33 лікіїв зі збіркою Г. 2. 2.

А И М А

СЕЧІНІЯ

Із збіркою лікіїв зі збіркою лікіїв

Із збіркою лікіїв зі збіркою лікіїв

Із збіркою лікіїв зі збіркою лікіїв



ЗОСІСЧІ

Із збіркою лікіїв зі збіркою лікіїв

Із збіркою лікіїв зі збіркою лікіїв



PRORECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiæ Licentiatus &
Professor.

Rophonius & Agamedes, referente Cicerone
Liber. I. Tuscularum Quæstionum, Apollini tem-
plum exædificantes, petie-
runt mercedem non par-
vam quidem operis & labo-
ris sui, nil certi, sed quod optimum homini:
quibus Apollo se id daturum ostendit, post ejus
diem tertium, qui ut illuxit mortui sunt reper-
ti. Quo facto judicasse Deum perhibent, mor-
tem esse optimum homini. In eādem sententi-
am fabula refertur de Cleobe & Bitone, qui
cum matrem, ad solemne & statum sacrificium
vexissent, mater precata à Deo dicitur, ut filijs
suis pro pietate præmium daret, quod maxi-
mum homini dari possit à Deo, post epulatos

A 2

cum

cum matre adolescentes somno se dedisse , man
ne inventos esse mortuos. Ejusmodi commen
tis gentiles veræ agnitionis Dei vacui morteni
non ducendam in malis significarunt. Quam
vis vero assertionis hujus applicatio gentili
bus Deum Trinunum salutariter ignorantib⁹
tributa , toto cœlo, ut dicitur, aberret : illis e
nim mors non finis sed eheu initium potius,
malorum est ; verissimè tamen de Christianis
nomen & omen habentibus , mortem utpote
malorum omnium felicissimam clausulam &
exoptatissimam catastrophē , in malis non
ducendam esse asseveramus. Id exprimere vo
lentes veteres, hisce usi sunt versiculis :

Nam nos decebat certus celebrantes domum

Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus.

Humanæ varia vita reputanteis mala :

At qui labores morte finisset graveis, hunc

Omnes amicos lande & latitia exequi.

Causam hujus rei non ex epitaphio Ennij, cui
in scriptum esse memoriæ proditum est :

Nemo me lacrymis docoret, ne q̄ funera fletu

Faxit, cur & volito docta per ora virum.

Quæremus sed ex Spiritus S. armamentario
scriptura scil. sacra investigabimus. Illa ete
nim abundè satis comprobat justorum animas
in ma-

in manu Dei esse & malum easdem non attin-
gere. Quam diu in tabernaculo hujus cor-
poris degimus, multis adversitatibus objici-
mur, adeo ut verissimum sit Cæciliij dictum:
Homo diu vivendo multa quæ non vult videt.
Posteaquam verò corporis hujus tabernacu-
lum deposuimus, omnibus simul vitæ hujus
ærumnis renunciavimus; quæq; unicè videre
sæpius optavimus oculis nostris lœtantes usur-
pabimus. Quid enim non videant, qui vi-
dentes omnia vident, & quid est quod ne-
sciunt, qui scientem omnia sciunt, inquit
Gregorius. Felices ergo ter & amplius, bea-
titudinem hanc adepti, ubi tantum gaude-
bunt, quantum amabunt tantum amabunt,
quantum cognoscent, quantum autem cogno-
scent & quantum amabunt, nec oculus vidit,
nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit
in hac vita. Hujus in æstimabilis gaudij bea-
ta vitæ hujus commutatione compos facta est
piè defuncta nostra matrona *Anna Schillings*/
quæ lucem hanc aspexit, elapsi seculi Anno. 80.
in Dalenburg Ducatus Luneburgensis oppido
celebri. Nata autem est parentibus pijs & ho-
nestissimis, patre Viro Reverendo & Dodissi-
mo Dn. *Georgio Schillingio* Mindâ-Westphalo,

A 3 oppidi

oppidi modo nominati pastore animarum vi-
gilantissimo; Matre Catharina Rindelbruggen
fæmina lectissima. Qua fatis concedente, pa-
treq; ad secunda vota transeunte, defuncta no-
stra patruo suo, Viro Amplissimo & prudentis-
simi Dn. Hermanno Schillingio consuli quon-
dam laudatissimæ hujus Reipubl. optimè me-
rito, commendata fuit. Qui defunctam no-
stram filiæ adinstar ex se natæ & amavit & e-
ducavit, donec tandem matura viro ætatis suæ
anno 19. seculo præterito Anno 99. 11. Septem-
bris viro verè Integerrimo & bono Dn. Davi-
di Deutschen urbis hujus per 14. annos secre-
tario fidelissimo, matrimoniali nexu copulata
fuit. Quod matrimonium divina accedente
benedictione, tam fœcundum fuit ut piè de-
functa nostra dilectissimum maritum 10. libe-
rorum parentem fecerit; octo nimirum filio-
rum Zachariae ædis Spiritus S. Ecclesiastis di-
gnissimi fidelissimi, Georgij, Davidis, in A-
cademia Regiomontana non ita pridem defun-
ctorum, Hermanni, Johannis primi, in ipsa pue-
ritia extinti, Henrici, Joachimi, & Johannis
secundi animam itidem exhalantium: & filia-
rum duarum Catharinae & Christinae. Hæc in
ipsa infantia ex hac vita discessit; illa vero vi-
ro

ro primum Integerrimo Dn. Friderico Burlagio
centumviro & Institorum ordinis Seniori
nupsit; illo verò mortuo ad secunda vota tran-
siens Virum Consultissimum & Clarissimum
Dn. Henricum Sibrandum J. U. D. celeberri-
mum, Viri Amplissimi & Consultissimi Dn.
Johannis Sibrandi J. Cti & Reipubl. hujus Syn-
dici meritissimi filium, maritum elegit. Ex
quo conjugio defuncta nostra nepotem Joban-
nem & neptem Annam vidit. Vixit autē defun-
cta nostra matrona 24. annos in conjugio, re-
liquum verò temporis octennium nimurum
turturis instar vidua transegit. Mense su-
periori in morbum incidit febrilem, quo cum
tribus integris septimanis conflictata fuit, do-
nec tandem ad beatam ex hac vita emigratio-
nem, s. Synaxeos sumptione, sese præparans
inter liberorum præsentium gemitus & su-
spiria placide in vera fide primo hujus men-
sis die circa nonam vespertinam exspiravit.
Honestissimæ huic matronæ hodie exequias
parare constituunt filius mæstissimus Vir Re-
verendus & Doctissimus Dn. M. Zacharias
Deutsche / ejusq; gener Vir Consultissimus &
Clarissimus Henricus Sibrandus J. U. D. ea pro-
pter à vobis civibus Academicis, ut matri de-
functæ

functa ultimum honorem præstetis, & in tem-
plo Jacobæo media prima conveniatis amice
contendunt, Idem & ego nomine reliquorum
Agnatorum, cognatorum & affinium, à vobis
feri officiose rogo & hortor.

Funus autem dum procedit con-
ditionis humanæ memores, pro felici
ex hac vita emigratione Deum roga-
te. P. P, Sub Sigillo Academæ s.
Decemb. Anno M. DC, XXXI.



functæ



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425025/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425025/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425025/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425025/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425025/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425025/phys_0016)



in manu Dei esse & malum easdi-
gere. Quam diu in tabernacu-
poris degimus, multis adversi-
muri, adeo ut verissimum sit C.
Homo diu vivendo multa qua-
Posteaquam vero corporis huj-
lum deposuimus, omnibus simi-
ærumnis renunciavimus; quæq;
sæpius optavimus oculis nostris
pabimus. Quid enim non vi-
dentem omnia vident, & quid
sciunt, qui scientem omnia sc;
Gregorius. Felices ergo ter &
titudinem hanc adepti, ubi ra-
bunt, quantum amabunt tant
quantum cognoscent, quantum
sc̄ent & quantum amabunt, nec
nec auris audivit, nec in cor hor
in hac vita. Hujus in æstibili-
ta vitæ hujus commutatione co-
piè defuncta nostra matrona *An-*
quæ lucem hanc aspergit, elapsi se
in Dalenburg Ducatus Lunebur
celebri. Nata autem est parenti
nestissimis, patre Viro Reverend
mo Dn. *Georgio Schillingio* Mind

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032